habens ad infrascripta agenda plenum posse mte consilii determinatione celebrati in dicta villa S. marg.te

NOVERINT VNIVERSI Q. Ego Matheus femenia Vnus ex Juratis presentis Ville Sancte Margarite, Gratis et ex mea certa scientia dicto noie
Ad bene Videlicet meliorandum cultivandum condirectam tenendum et In aliquo non deteriorandum: Do stabilio et In emphiteosim perpetuam concedo et trado vobis franco
Molines Sancte Margarite Unam Quarteriatam Terre de pertinentijs Illarum duarum quarteriatarum terre per Juratos dicte ville sub quarta mensis Aprilis Anni Mil
lesimi Quingmi. Nonagmi. secundi Juliano vives stabilitarum qui dictus Vives stabilimentum predictum non firmavit; et sic dictas duas quarteriatas Terre desempa
ravit pro uti de stabilimenti Instro. constat penes notarium Infratum, Que dicte Due quarteriate terre situantur In termino dicte ville S.te Marg.te in loco de Alcu
diola: et sunt de pertinentijs Possessionis dicte Alcudiola tente sub allodio directo dominio et Jurisdictione caballarie di Alcudiola Magnifici Petri Raymundi Çafor
teza ad fatiche presentationem et ad mercedem de laudimio, et ad vigesimum de decimo. Que Possessio fuit per dictos Juratos empta per curiam dictarum caballariarum sub
die mensis Decembris Anni Millesimi quingentesimi Nonagesimi Primi Et Affrontatur dicta quarteriata terre cum alia quarteriata terre de dictis perti
nentijs per me die presenti dicto nomine paulo ante dicto Juliano vives stabilita, Et ex alia parte cum Joanne Stelrich vador et ex alia parte cum terra Antonij Font
Reyes et ex alia parte cum camino Populatorum, Predictam Itaq. quarteriatam terre prout superius affrontatur Includitur et terminatur cum omnibus eius Inte
gritatibus, proprietatibus terminis tenedonibus pertinentijs, introitibus et exitibus suis, Et generaliter cum omnibus alijs Universis et singulis Juribus mihi dicto noie
super eadem pertinentibus et pertinere valentibus quovismodo vobis et vestris stabilio dicto nomine sub tali tamen pacto et conditione quod pro censu et meliora
mento inde exeuntibus detis et solvatis Vos et vestri mihi dicto nomine seu et Universitati predicte Ville Quatuor libras et decem solidos mo.te maioricarum á
Die sive festo S.ti Andree proxime preterito ad unum Annum ex pacto sic inter Nos expresse inito et convento, Allatas solutas, et portatas ad villam presentem
S.te Margarite tantum et cum pedagio quinq. solidorum ut moris est solvendorum per Vos et vros, qui quinq. solidi nullatenus computentur in solutum sortis prin
cipalis nec pentiomim eiusdem Quas possitis luere redimere et quitare quandocumq. volueritis in duabus equalibus quitationibus ad rationem de octo procente
nario mihi franche et quitie Et ex pacto non possitis desemparare dictam quarteriatam terre, quin prius redimeritis quartam partem dicti censualis videlicet unam
libram duos solidos et sex denarios pro quatuordecim libris uno solido et tribus denarijs monete Maioricarum dictis Juratis franchearum, In his vero non proclametis
neq. eligatis vos vel vri alium dominum seu domines nisi tantum dictum Magnificum Allodiarium et suos et me dicto noie. et meos in dicto censu liceatq. vobis et vestris
post dies decem ex quo in dictum dominum directum vel suos fatichati fueritis presentem acquisitionem vestram cum omnibus melioramentis et augmentis ibidem fac
tis et de cetero faciendis, dare, vendere stabilire impignerare et aliter alienare Indeq. facere de predicta quarteriata terre vras. et vrorum omnimodas voluntates Cui
cumq. seu quibuscumq. volueritis exceptis tamen militibus atq. sanctis, Salvo tamen semper in predictis Jure directo allodiali dominio, laudimio fatiga Jurisdicti
one ac scribania publica dictarum Caballariarum, Promittens dicto nomine et bona fide conveniens Vobis et vestris quod predicta que vobis et vestris do et stabilio dic
to nomine faciam Vos et vros. et quos volueritis semper habere tenere et in sana pace perpetuo possidere pacifice et quiete legittimeq. deffendere contra omnes per
sonas, Et teneor inde Vobis et vestris dicto nomine firmiterq. teneri promitto de firma et legali evictione et omni damno ac etiam Interesse litis et extra etiam et Ubiq.
Pro quibus quidem omnibus et singulis supradictis sic attendendis servandis et complendis ac ratis gratis et firmis semper habendis obligo dicto nomine vobis et
vestris omnia et singula bona dicte Ville mobilia et Immobilia presentia et futura Renuntians dicto nomine ferijs messium et vindemiarum dilationibus
et foro meo proprio dicto nomine forìq. privilegio, Submittens me dicto nomine et omnia bona Universitatis predicte foro districtui et Jurisdictioni Mag.ci Ju
dicis dictarum Caballariarum, in posse cuius promitto dicto nomine Jus facere eius Jurisdictionem in me porrogando et consentiendo, Pro Intrata vero huius
modi stabilimenti confiteor et In veritate recognosco habuisse et recepisse quinq. solidos monete Maiorum. numerando omnimode voluntati mee, unde Renun
tiando exceptioni dicte Pecunie non numerate non habite et non recepte, Reiq. sic non geste et doli mali et actioni In factum, Et his presens Ego prefatus francis
cus molines et stabilimentum predictum de predicta quarteriata terre cum pactis predictis acceptans Promitto dictam Quarteriatam terre bene meliorare cul
tivare condirectam tenere et in aliquo non deteriorare, dictumq. cens. dictarum quatuor librarum et decem solidorum censualium anno quolibet allatarum
in dicta Villa solvere; Ceterumq. omnia et singula per me attendenda attendere servare et complere Pro quibus ita ut predicitur attendendis obligo vobis et vestris
omnia et singula bona mea mobilia et Immobilia presentia et futura Renuntians similiter ferijs messium et Vindemiarum dilationibus et foro meo Proprio
pro uti per Vos dictum honor. stabilitorem Renuntiatum fuit, Quod est Actum In presenti Maioricarum Civitate Die videlicet Vigesima sexta mensis Ju
lij Anno A nativitate Domini Millesimo Quingentesimo Nonagesimo Octavo. Sig+num meum Mathei femenia stabilitoris. Sig+num meum francisci
molines Acquisitoris predictorum qui hec laudamus concedimus pariterq. firmamus.

Testes huius Rei sunt In quorum pntia. ambo firmarunt Petrus femenia scriptor et Petrus Molines S.te Margarite

penes me Andream Corelli not. m.

132
PERG-132

...ament de una quartrada de terra [illegible]
[illegible]
[illegible] es [illegible]

Alcudiola

132

Nº 114